eorum ipsorum que aspectu sentiuntur nullum aliud animal pulcritudi
nem uenustatem conuenientiam sentit partium. Quam similitudinem
natura ratio ab oculis ad animum transferens multo etiam magis
pulcritudinem constantiam ordinem in consiliis factis que conseruandam esse
putat. Cauet que ne quid indecore efeminate que fatiat. Tum
in omnibus opinionibus et factis ne quid libidinose aut fatiat aut cogi
tet. Quibus ex rebus conflatum et efficitur id quod querimus honestum
quod etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum. Quod que uere dicimus etiam si
a nullo laudetur laudabille esse natura

Formam quidem ipsam marce fili et tamquam faciem honesti uides, que
si oculis cerneretur mirabiles amores ut ait plato excita
ret sapientie. Sed omne quod est honestum id quatuor partium oritur ex ali
qua. Aut enim in perspicientia ueri sollertia que uersatur. Aut in hominum so
cietate tuenda tribuendo que suum cuique et rerum contractarum fide. Aut
in animi excelsi atque inuicti magnitudine ac robore. Aut in omnium que
fiunt que que dicuntur ordine et modo, in quo est modestia et temperantia.
Que quatuor quamquam inter se colligata atque implicata sint, tamen ex singulis
certa offitiorum genera nascuntur. Velut ex ea parte que prima descripta
est in qua sapientiam et prudentiam ponimus inest indagatio atque inuentio ueri
eius que uirtutis hoc munus est proprium. Ut enim quisque maxime perspiciat
quid in re quaque uerissimum sit. Quique acutissime et celerrime
potest et uidere et explicare rationem is prudentissimus et sapientissimus
haberi solet. Quocirca huic quasi materia quam tractet et in qua
uersetur subiecta est ueritas. Reliquis autem uirtutibus neces
sitates proposite sunt ad eas res parandas tuendas que quibus actio
uite continetur. Ut et societas hominum coniunctio que seruetur. Et animi
excelentia magnitudo que cum in augendis opibus utilitatibus que et sibi
et suis conparandis, tum multo magis in his ipsis despiciendis elu